

in iudicio, plurimorum acquiesces sententia, ut à vero devies.

3. Pauperis quoque non misereberis in iudicio.
4. Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduce ad eum.
5. Si videris asinum odientis te jacere sub onere, non pertransibis, sed sublevis eum eo.
6. Non declinabis in iudicium pauperis.
7. Mendacium fugies. Insontem et justum non occides, quia aversor impium.
8. Nec accipies munerà, quæ etiam excæcant prudentes, et subvertunt verba justorum.
9. Peregrino molestus non eris : scilicet enim advenerunt animas, quia et ipsi peregrini fuistis in terra Ægypti.
10. Sex annis seminabis terram tuam, et congregabis fruges ejus.
11. Anno autem septimo dimittes eam, et requiescere facies, ut comedant pauperes populi tui; et quidquid reliquum fuerit, edant bestie agri : ita facies in vineâ et in oliveto tuo.
12. Sex diebus operaberis : septimo die cessabis, ut requiescas et boves et asinus tuus; et refrigeret filius ancilla tuæ, et advena.
13. Omnia quæ dixi vobis, custodite. Et per nomen externorum deorum non jurabis, neque audietur ex ore vestro.
14. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabis.
15. Solemnitatem azymorum custodies. Septem diebus comedes azyma, sicut præcepi tibi, tempore mensis novorum, quando egressus es de Ægypto; non apparebis in conspectu meo vacuus.
16. Et solemnitatem messis primitivorum operis tui, quæcumque seminaveris in agro : solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaveris omnes fruges tuas de agro.
17. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo.
18. Non immolabis super fermento sanguinem victimæ mee, nec remanebit adeps solemnitatis mee usque mane.
19. Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui. Non coques hæc in lacte matris suæ.
20. Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, et custodiat in viâ, et introducat in locum quem paravi.

21. Observa eum, et audi vocem ejus, nec contemnendum putes; quia non dimittet cum peccaveris; et est nomen meum in illo.
22. Quod si audieris vocem ejus, et feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, et affligam affligentes te.
23. Præcedetque te Angelus meus, et introducet te ad Amorrhæum, et Hethæum, et Pherezæum, Chanaanumque, et Hevæum, et Jebuseum, quos ego conteram.
24. Non adorabis deos eorum, nec coles eos : non facies opera eorum, sed destrues ea, et confringes statuas eorum.
25. Servietisque Domino Deo vestro, ut benedicam panibus tuis et aquis, et auferam infirmitatem de medio tui.
26. Non erit infecunda nec sterilis in terrâ tuâ : numerum dierum tuorum implebo.
27. Terrorem meum mittam in præcursorum tuum, et occidam omnem populum, ad quem ingredieris; cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam.
28. Emittens crabrones prius, qui fugabunt Hevæum, et Chanaanum, et Hethæum, antequam introeas.
29. Non ejectionis eos à facie tuâ anno uno, ne terra in solitudinem redigatur, et crescat contra te bestie.
30. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augeris, et possideas terram.
31. Ponam autem terminos tuos à mari Rubro usque ad mare Palæstinorum, et à deserto usque ad fluvium; tradam in manibus vestris habitatores terræ, et ejectionis eos de conspectu vestro.
32. Non inibis cum eis fœdus, nec cum diis eorum.
33. Non habitent in terrâ tuâ, ne forte peccare te faciant in me, si servieris diis eorum : quod tibi certè erit in scandalum.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — NON SUSCIPIES VOCEM MENDACII. Hebr. : Non suscipies auditionem falsitatis, ut videlicet audias calumniatorem, contemne te in partem et testem calumnie pertrahere.

Vatabl. verit. : Ne assumas rumorem vanum vel falsum, q. d. : Ne sis auditor falsi rumoris contra proximum tuum, aut fingas in corde tuo quiddam, quo illius fama laedi possit : rursùm non audias, nec admittas talem rumorem.

Dicitur Hebræorum sapientes, non minùs peccare eum qui falso delatori auscultat, quàm qui falso aliquid deferunt. Uter eorum hæc est sententia : Omnis qui malignè tradidit aliquid, et quicumque recipit delatorem, omnique qui falsum testimonium dicit contra proximum suum, dignus est ut canibus projiciatur. Nec JUNGES MANUM TUAM. Non confederaberis, non associaberis te ei, ut sis testis iniquitatis et calumnie, dicendo

21. Respecter-le, écoutez sa voix, qui se fait entendre à vous par la bouche de Moïse, et gardez-vous bien de le mépriser, parce qu'il ne vous pardonnera pas lorsque vous pécherez, et qu'il parle en mon nom et par mon autorité.

22. Que si vous entendez sa voix, et que vous fassiez tout ce que je vous dis par sa bouche, je serai l'ennemi de vos ennemis, et j'affligerai ceux qui vous affligent.

23. Mon ange marchera devant vous : il vous fera entrer dans la terre des Amorrhéens, des Héthéens, des Phérezéens, des Chanéens, des Hévéens et des Jébuséens; car je les exterminerai tous devant lui.

24. Vous n'adorez point leurs dieux, et vous ne leur rendez point le culte suprême qui n'est dû qu'à moi seul; vous n'imiterez point leurs œuvres, mais vous les détruirez, et vous briserez leurs statues.

25. Vous servirez uniquement le Seigneur votre Dieu, afin que je bénisse le pain que vous mangerez, et les eaux que vous boirez, et que je bannisse toutes les maladies du milieu de vous.

26. Il n'y aura point dans votre terre de femme stérile et inféconde; on n'y mourra point d'une mort prématurée, et je remplirai le nombre de vos jours et de vos années.

27. Je ferai marcher devant vous la terreur de mon nom; j'exterminerai tout le peuple dans le pays dequel vous entrerez, et je ferai fuir tous vos ennemis devant vous.

28. J'enverrai d'abord des frelons, qui mettront en fuite les Hévéens, les Chanéens et les Héthéens, avant que vous entriez dans leur pays.

29. Je ne les chasserai pas de devant votre face en une seule année, de peur que la terre ne soit réduite en solitude, et que les bêtes se multipliant, ne se soulèvent contre vous.

30. Je les chasserai peu à peu de devant vous, jusqu'à ce que vous croissiez en nombre, et que vous vous rendiez maîtres de tout le pays.

31. Les limites que je vous marquerai seront depuis la mer Rouge jusqu'à la mer des Philistins, et depuis le désert de l'Arabie jusqu'au fleuve de l'Euphrate. Vous ne posséderez pas d'abord toute cette étendue de pays; mais je livrerai peu à peu entre vos mains les habitants de cette terre, et je les mettrai en fuite devant vous, à mesure que vous vous multiplierez.

32. Vous ne ferez point d'alliance avec eux, ni avec les dieux qu'ils adorent.

33. Ils n'habiteront point dans votre terre, de peur qu'ils ne vous portent à jurer, en servant les dieux qu'ils adorent : ce qui sera certainement votre ruine, si vous le faites.

falsum testimonium. Ita Hebræa. Sic Pericles amico falsum à se testimonium, quo jurejurando erat sciendum, exigenti, amicum se usque ad aram esse respondit. Testis est Plutarch. in Lacon. Et Phocion injustum qui postulanti: Non potes, inquit, Antipater, Phocionem amicum habere et adulatorem. — Testis falsidicus, inquit Sidorus lib. 3 de summo bono, tribus personis est obnoxius: primò Deo, quem pejerando contemnit; consequenter iudici, quem mentiendo fallit; postremò innocenti, quem falso testimonio laedit. Talis falsus testis contra Davidem fuit Doeg, 1 Reg. 22, 9; et contra Miphobosteth Siba, 2 Reg. 16, 5; contra Naboth duo subornati, 3 Reg. 21, 15; contra Jeremiam Jerias, Jerem. 37, 12; contra Susannam duo senes, Daniel. 13, 54; contra Christum duo illi, Math. 26, 61; contra Stephanum illi Actor. 6, 11.

Nec in iudicio plurimorum acquiesces sententia,

ET A VERO DEVIIS. Hebr. est pulchra paronomasia: *Et non respondens in lite, ut declines post multos ad declinandum sive torquendum*, intellige iudicium verum et rectum.

Socrates, inquit Laert. lib. 2, c. 5, eos qui multitudini imperite fidem habent, aiebat perinde facere, ac si quis tetradrachmum unum contentens rejiceret, et acervum ó similibus congestum probare reciperetque. Cui non fideres soli, ei nihilo magis fidendum est in turbá similium: nec enim refert quám multi sint, sed quám graves. Nummus adulterinus etiam quamvis in magno acervo, adulterinus est.

VERS. 5. — PAUPERIS QUOQUE NON MISERERIS IN JUDICIO. Hebr., *non decorabis pauperem in lite sua*, id est, non proteges pauperem, ex præposterá erga eum misericordiá, in causá injustá, vel cum ipse reverá reus est criminis. Bona enim est misericordiá, sed non delet illa exere re iudicium: utrumque enim diligit Dominus. Unde ait Paulus: *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine*; et: *Honor regis iudicium diligit*. Unde et de Christo rege justitiæ prædictum est, eum venturum iudicare populum iuxta in justitiá, et pauperes suos in iudicio, psal. 71, 2. Ita S. Aug. quæst. 88, et Hieron. in psal. 52.

VERS. 5. — SI VIDERIS ASINUM ODIENTIS TE JACERE SUB ONERE, NON PERTRANSIBIS, SED SUBLEVABIS CUM EO. Hebræa hic obscura sunt, et variè à variis vertuntur: sed omnium sensus eodem recidit, et cum eo quem reddidit noster coincidit. Ad verbum geminè Hebræa sic vertenda videntur: *Si videris asinum odientis te jacere sub onere, num cessabis relinquere ei?* (onus videlicet, eum pertransundum, q. d.: Minime, quia vero relinquendo relinqueres ei, q. d.: Apud eum subsistes, eique ad eum sublevandum, et in pedes erigendum assistes.

Posset etiam quis suspicari in Hebræo mendosè legi *to per van, pro lá per alesh*, tumque clarior esset sensus hic: *Num cessabis relinquere?* (eum gementem sub onere) *relinquendo non relinquens cum ipso*, onus scilicet sub quo gemit. Vides hic dilectionem inimicorum non tantum Christianis, sed et Judæis fuisse præceptam.

VERS. 6. — NON DECLINABIS IN JUDICIO (id est, condemnatione: est metonymia) PAUPERIS. Hebr. est, *non declinabis* (perverses) *iudicium pauperis in causis ejus*; ubi iudicium propriè sumitur. Deus ergo qui prius pauperis personam, contra æquitatem in iudicio accipi vetuit, hic pariter æquum ejus causam iudicio iniquo perverti prohibet.

VERS. 7. — MENDACIUM FUGIES. Hebr. à verbo *mendacit* procul eris.

INSONTEM ET JUSTUM NON OCCIDES. Hinc rectè colligunt doctores theologi, iudicem non posse occidere eum quem seipse esse innocente[m] qui tamen in iudicio per falsos testes probatur esse nocens. Alii tamen contrarium docent atque sic exponunt: *Non occides innocentem et justum*, qui scilicet in foro tuo est justus, quia juridicè probatur esse innocens, vel saltem non probatur esse nocens: quibus Chald. favet dum ver-

tit: *Et eum, qui fuerit justificatus, et exierit justus à iudicio, non occides*.

QUIA AVERSOR IMPIIUM. Hebr. est, *quia non justificabo impium*, id est, *quia condemnabo et aversor impium*, qualis est qui insontem occidit: est lictor, cui similis est Exodi 20, 7, q. d.: *Si impiè justum et insontem occideris, licet hominibus videaris esse justus, mihi tamen eris impius, teque aversabor ut impium*.

VERS. 8. — NŒC ACCIPIES MUNERA, QUE ETIAM EXCŒCANT PRUDENTES (hebr. videntes, qui scilicet apertos habent oculos mentis, id est, sapientes) ET SUBVERTUNT VERBA JUSTORUM. Hæc verissima et usu probatissima est sententia: unde renigma:

Mutegra cum murra faciunt rectissima curva, lege retrogradè, et videbis *mutegra* esse argentum, *murra* esse aurum.

Id ipsum censuerunt gentiles. Audi Poetam:

Vincta est etiam sapientia hæro.

Et Plutarch. lib. de Iside: Thebis, inquit, iudicium imagines visuntur absque manibus, et summi iudicis oculi comitant; eò quòd justitiæ nec numeribus capiatur, nec hominum vultu delectatur. Et Themistium: Verus, inquit, princeps est qui auro est inespugabilis. Hinc et Dion dixit oportere principem magistratu discendentem, non ditio[n]em, sed clarior[em] evadere.

Memorable exemplum præbuit Marius Curius Dentatus, senator rom., cui ad forum sedenti cum Senatibus ingens auri pondus attulissent, eo repudiato, liberè asservit: *Memento te me nec acie erinc, nec pecunia corrumpi posse: neque enim præclarum est aurum habere, sed iis qui aurum habent impare*; testis est Cicero in Catone, et Plutarch. in Apollodot. qui et addit Curium tunc cum legati venerant roma toxisse, illisque demonstratis dixisse, se auro opus non habiturum, quamdù tali cibo contentus vixerit.

Huic similes fuerunt Fabii, qui legati ad Ptolemæum regem missi, munera que ab eo privato accepserant, in ærarium, priusquam legationem referrent ad senatum, detulerunt.

Inter fideles illustres fuit Samuel iudex populi, ut patet 1 Reg. 12, 5. E contrario filii ejus *declinaverunt post avaritiam, acceperuntque munera, et pervertent iudicium*, 1 Reg. 8, 5, ideòque iudicio privati sunt, iudiciumque et regnum in Saule[m] translatum est.

Hoc seculo emittit B. Thomas Morus, iudex æquissimus, numerum et opum contemptor. Quòdam vice vidua, cui litem adjudicarat, obtulit ei poculum aureum: ille accepit quidem, sed vino replens ei præbuit et reddidit; atque ut alia omittam que c. 7 et 8 vite ejus narrantur, illud admirabile est, quòd, eam à primâ ætate magnis in rep. numeribus esset perfertus, adòque totius regni fuisse Cancellarium, eumque amplam haberet familiam, tamen totâ vitâ ætatis censum non auxit ultra septuaginta aureos annos. Quid hic dicent illi, qui paucis annis augent ad decem, imò viginti millia?

VERS. 9. — PEREGRINO MOLESTUS NON ERIS: SCITIS ENIM ADVENARUM ANIMAS: QUI SCILICET ANIMUS, QUIS

affectus sit peregrino, cum se à suis destitutum, inter exteros et ignotos invenit; quàm scilicet arcto, timido, dejecto, pavido, suspensio, verecundo, tristi sit animo: ut proinde afflictio afflictionem addere non debeatis, cui satis pœnæ est quòd sit peregrinus.

QUI ET IPSI PEREGRINI FUITIS IN TERRA ÆGYPTI. Quia scilicet experti estis quàm sit miseranda conditio peregrini: nemo enim ita misero succurrere paratus est, quàm qui fuit miser; hinc aiebat Dido:

Non ignara mali miseris succurrere disco.

VERS. 10 et 11. — SEX ANNIS SEMINABIS TERRAM TUAM, ET CONGREGABIS FRUGES EJUS: ANNO AUTEM SEPTIMO DIMITTIS EAM, ET REQUESCERE FACIES, à messe, non autem à semente, inquit aliqui, q. d.: Anno septimo seminabis agrum, sed non metes. Ita S. Aug. quæst. 89. Verùm dico utrumque hic vetari anno septimo, scilicet tam seminationem quàm demessionem terre: hoc enim clare dicitur Levit. 25, 4: *Septimo*, inquit, *anno agrum non seres*; itaque observatum fuisse apud Hebræos, testatur Josephus et Hebræi. Idem indicant hic Hebræa. Erat enim hic annus septimus sabbatum terre, id est, plena quies terre, uti septima dies erat sabbatum, id est, quies hominum. Sanxit hoc Deus, ut scilicet annus septimus esset sabbatum terre: Primum, ad hoc ut Hebræos clementiæ admoneret etiam erga inanimata, quales sunt agri, utque à nimia hujus vite curâ et avaritiâ eos abduceret. Secundo, ut terra hoc septimo quietis anno, quasi resumpti vigore, deinceps feracior foret; illa enim de causâ etiam nostri rustici, statim temporibus quiescere sinunt agros, ut postea majori cum fenore fruges referant; tertio, ut septimus ille quietis annus esset symbolum et memoriale creationis terræ rerumque omnium, uti erat et dies septimus, puta sabbatum, Gen. 2, 5; utque ipsa vacatio terræ esset velut merces habitationis, et quasi redemptio ab eo cuius est, id est, ab ejus creatore Deo, inquit S. Aug. quæst. 85 in Levit. Sicut enim feudatarius pro feudo domino feudi hominagium et stata jura persolvit, ita Hebræi quasi pro feudo terre sue, Deo hominagium hoc sabbati terræ persolvebant. Quarto, ut pauperes septimo illo anno agri fructibus gauderent: eo enim anno fructus agrorum erant communes, ut patet hoc versu.

Dices: Si anno septimo nihil licebat serere, quid metere poterant pauperes?

Resp.: Metebant id quod ex granis deciduis sexti anni segetis succreverat, et quiddam olerum et herbarum per se terra profert: unde Levit. 25, 5, 5: *Que spontè, ait, nascuntur non metes*, id est, non omnino reseabis, idque ad hoc ut et servus et peregrinus, et animalia, ut ibi dicitur, et pauperes, uti hic dicitur, partem ejus colligant. Ita Abulens. Atque hæc parte lex hæc sabbati terræ alias carenonialis et judicialis: ordinabatur enim ad commodum pauperum.

Tropologia anni septimi eadem est que sabbati, de qua Deut. 5, 12.

VERS. 15. — ET PER NOMEN EXTERIORUM DEORUM NON JURABITIS, NEQUE ADDEBITA EX ORE VESTRO. Jubet non

ut eos non nominemus, sed ne eos deos vocemus, et quasi deos in testes invocemus jurando per eos, inquit Tertull. lib. de Idololat. cap. 19. Judæi hæc superstitiosi, imò blasphemii sunt, nolunt enim legere aut pronuntiare nomen Salvatoris nostri *Jesus*; quòd si fortè casu illud vel legere, vel sonare contingat, se ipsos multant, colaphumque ori impingunt: aut si sonant, legunt, vel scribunt, dicunt *Jisca*, illudque per litteras initiales ita exponunt: *Inmach schemo uachro*, id est, delectatur nomen ejus et memoria ejus. Hoc est odium istorum cæcorum et miserorum in Jesum Christum, quòd proinde merito lumt perenni exilio et exicidio.

VERS. 15. — SEPTEM DIEBUS COMEDES AZYMA, TEMPORE MENSIS NOVORUM. Puta in mense nisan, quo egressus es ex Ægypto, quando in terrâ sanetâ et Ægypto nove fruges hordeace maturescant. Vide supra cap. 13, 4.

NON APPAREBIS IN CONSPECTU MEO VACUUS. Præcipit hic Deus oblationem cuique accedenti ad tabernaculum vel templum, tanquam religionis actum, pertinentem tum ad cultum sibi debitum, tum ad levitarum sustentationem. Verùm quia Judæa erat vasta, et multi remoti à Jerusalem et templo habitabant, tradit Lyran. eum remotis dispensatum aliquando fuisse in pentecoste, et in festo tabernaculorum. Vide Istellam in Exodi 34, ubi ait: Lex hæc solos viros obligabat, non feminas, ut patet ex *et omne masculinum*: ergo et filios et servos. Unde Christus duodecims ascendit ad templum, ut hanc legem servaret, Lucæ 2, v. 42.

Tropolog. accedentes ad Deum plenos misericordiæ, et virtutum aliarum manipulos afferre debet; ita exaudientur. Vide S. Chrysost. in 2 ad Timoth. 1, h. 1.

VERS. 16. — ET (custodias, celebrabisque) SOLEMNITATEM MESSIS PRIMITIVORUM OPERIS TUI, QUOECUMQUE SEMINAVIS IN AGRO. Id est, ut Vatabl.: *Scrabis diem festum messis præcocham fructuum operis tui, quos seminasti in agro*, hoc est, celebrabis festum pentecostes, illoque panes ex primâ messe triticeâ factos mihi offeres, sicut in paschate obtulisti species hordei murescentes; in pentecoste ergo exigit Deus primitias omnium frugum, id est, totius messis tritice, de quo plura Levit. 25, 17.

Panis primitiarum allegor. significabat Eucharistiám, inquit S. Irén. lib. 4 contra hæc. 52.

SOLEMNITATEM QUOQUE IN EXITU ANNI, QUANDO CONGREGABIS OMNES FRUGES TUAS DE AGRO. Hæc solemnitas ea est que postea dicta est scenopegia, quâ tabernacula figebant, in iisque habitabant per septem dies in memoriam et gratiarum actionem protectionis divinæ, quâ Deus Hebræos duxerat et protexerat in deserto perigrinantes, et habitantes in tabernaculis per 40 annos Celebrabatur hoc festum 15 die mensis septimi, durabatque per septem dies. Ex hoc loco patet aliud fuisse anni sacri, aliud verò anni vulgaris ante egressum ex Ægypto initium, quo deinceps etiam usi sunt Hebræi in rebus civilibus, ut dixi c. 12, 1. Cœpit ergo annus vulgaris à mense vel novilunio quòd proximum erat æquinoctio autumnali (sicut an-

nis sacer incipiebat à nisan, puta à mense æquinoctii verni; quòd si septimus mensis, qui tisi dicebatur, proximior erat æquinoctio huic autumnali, tunc ille erat anni principium: sin autem octavus mensis qui marcheanus dicebatur, proximior esset illi æquinoctio, is erat primus anni mensis; hoc autem facile fieri poterat: v. g., si æquinoctium verum incidere in plenilunium, vel paulò ante illud, tunc nisan, sive primus mensis erat illa eadem lunatio, et 14 dies nisan erat in æquinoctio pariter et plenilunio; nam quia menses lunares minores sunt solaribus, hinc in multis mensibus puta 32, solaribus exerescit insuper unus lunaris: cum ergo sol sex mensibus suis ab uno æquinoctio ad aliud decurrat, hinc casu jam posito fiebat, ut mensis septimus solaris, in quem incidebat æquinoctium, concurreret cum mense octavo lunari. Unde dicit, *in exitu anni*, id est, circia exitu anni: poterat enim scenopegia ante finem anni vulgaris celebrari, si nimirum annus inciperet ab octavo mense; poterat et post finem anni veteris, et sub initium novi anni celebrari, si videlicet annus inciperet à mense septimo. Maluit autem dicere Moses, *in exitu*, quam in principio anni (quod utique dicere potuisset: quod enim finis est anni præcedentis, illud et initium est anni sequentis), ut causam festi indicaret, que erat gratiarum actio pro omni frugum genere, tam ex agris quam hortis et vineis percepto, anno illo elapso. Accessit postea et alia causa, videlicet memoria protectionis divinæ in deserto, ubi in tabernaculis habitarent; unde et postea nomen tabernaculorum festo est inditum, de quo plura Levit. 25, 42.

VERS. 17. — TER IN ANNO APPAREBIT OMNE MASCULINUM TUUM CORAM DOMINO. Nimirum tribus jam dictis solemnioribus anni festis, puta in paschate, pentecoste et festo tabernaculorum, Deut. 16, 16.

Allegoricè, S. Basil. in c. 1 Isaie: Fidem, inquit, SS. Trinitatis exigit Deus; nam, ut ait Glossa, in paschate immolatur Filius, in Pentecoste datur Spiritus sanctus, in collectâ frugum potentia creatoris Patris signatur.

Tropologiam pete à Rabano.

CORAM DOMINO Il est, coram arcâ, vel coram tabernaculo, si arcâ ab eo separata esset, ut factum est cum Philistinî tempore Ileri arcam ceperunt: et post reducant arcam, multò deinceps tempore arcâ fuit separata à tabernaculo, tamque Hebræi non coram arcâ, sed coram tabernaculo sacrificabant, suaque festa celebrabant.

VERS. 18. — NON IMOLABIS SUPER FERMENTO, cum fermento, sed cum azymis tantum, ut purum et infirmum sit sacrificium: de quo plura in Levitico.

NEC REMANEBIT ADEPS SOLEMNIATIS MEÆ USQUE MANE. *Adeps solemnitalis meæ*, id est, adeps sacrificii in honorem meum, vel in solemnitate mihi dicatâ oblati: illa enim est azymis solemnitas quâ mihi sacrificatur; jubet ergo hic Deus ut cum sacrificatur et mactetur victima, simul statim quod in eâ præcipuum et pinguisimum est, adeps videlicet recens, sibi adolatur et comburatur.

VERS. 19. — NON COQUES HEDUM IN LACTE MATRIS SUE. Chald. vertit: *Non comedes carnem cum lacte*; unde et aliqui Hebræi, teste Georgio Veneto, problem. 442, more suo sic vertunt: *Non comedes caseum post carnem*, quia carnium in caseo mala est concoctio.

Secundò, alii apud Vatabl. per hypallagen sic interpretantur, q. d.: *Non coques, nec comedes hædum cum matre lactante*, q. d.: Satis tibi sit comedere hædum, absineas à matre: hoc enim videtur crudele; sic præcepit Deus comprehendenti pullos in nido dimittere matrem, Deut. 22, 6.

Tertiò, Abulensis, Lyran., Cajet. et S. Thomas 1-2, quest. 102, art. 6, ad 4, simpliciter hoc præceptum ut sonat accipiunt, ut scilicet prolabeatur hædus coqui, sive, ut hebraicè est, lixari in lacte materno, ne quod hædo erat in deliciis, vertatur in tormentum.

Quartò et optimè, Vatabl. et Oleaster sic exponunt: Ne coquas hædum in lacte matris, id est, ne occidas et coquas hædum lactentem, quamdiu sugit lac matris; hoc enim significat ille hebraismus. Probatur hæc expositio: nam nusquam consuetudo fuit hædos propriè in lacte materno lixare, ut Judæis hoc prohibendum foret: ergo hæc verba eo sensu quem jam dedi, accipienda sunt. Secundò, quia hic sensus optimè respondet allegorie, uti mox dicam. Tertiò, quia ita intelligit S. Chrysost. hom. de Innocentiis, S. August. quest. 98. Ad litteram ergo venit Deus occidi ad esum teneros hædos vel agnos (agnum enim vertunt Septuag., et par videtur esse ratio hodiè et agni), ut Hebræos doceret humanitatem et benignitatem erga homines, quando etiam circa bruta cum præcipiabat, jubebatque eos compati pœdibus suis, et aversari ac horrere crudelitatem in eas, præsertim in tenellos agnos et hædos, qui sui commiserationem omnibus movent, dum jugulantur. Dico, *ad esum*: nam Levit. 22, 27, dicitur quòd octavo die poterat hædus, agnus et vitulus offerri Domino; atque omnino loqui videtur de oblatione per jugulationem et immolationem; in sacrificiis enim victimarum etiam tenellarum, Deo per sacerdotes immolatis, nulla erat species crudelitatis; hanc enim purgabat et excluderat religio.

Judæi ita superstitiosè hanc legem observant ut in eadem ollâ carnes et lac coquere nolint, imò nec eodem cultro carnes et caseum scindere sibi licere putant, sed diversis utuntur; atque de hæc ceremoniâ justum librum conscripserunt, quo docent quid liceat, quid non liceat in esu carnis et lactis.

Allegoria et præcipua causa hujus legis fuit, ut significaretur Christum infantem et lactentem non posse occidi, sive ab Herodè, sive à Judæis, ante ætatem maturam et tempus præfinitum à Patre. Ita S. August. et S. Chrysost. supra. Moraliter docet hæc lex teneris et infirmis compati, eorumque infirmitatem tolerare.

Tropologicè, hæretici coquant hædos in lacte matris. Lac enim capre foetide, id est, hærescos, est eorum impia doctrina: in hac coquant illi hædos, id est, discipulos suos, æternis postea ignibus in inferno torquendos. Lac enim hoc vertitur eis in æternum tor-

mentum. Ita aliqui: quamquam hæc tropologia non satis consonet allegorie jam data.

VERS. 20. — ECCE EGO MITTAM ANGELEM MEUM, QUI PRÆCEDAT TE. Per angelum hunc primò, Cajet. intelligit ipsam Moesem. Secundò, alii intelligunt Josue, quia hic introduxit Hebræos in terram promissam. Ita Instans contra Tryphonem folio 58, et Eusebius lib. 4 Demonstr. evang. cap. 28, et Raban. Tertiò, Rupertus hic, et S. Athanas. lib. de communi Essentia Patris et Filii et Spiritus sancti, ante finem, et Hesychius lib. 7 in Leviticis cap. 26, fol. 655, putant Filium Dei hic angelum vocari, quia additur: *Et est nomen meum* (puta Dei) *in illo*, q. d.: *Æquè dicitur Deus ut ego*. Sed hæc allegorico potius sensu quam litterali dixit Rupertus, uti solet; æquè ac Hesychius, et Athanas. Quartò ergo et genuinè, angelus hic verus fuit et merus angelus, præses nimirum exercitus Hebræorum; ille enim præstitit eis viam in columnâ nubis per diem, et ignis per noctem; ille etiam nomine Dei præcipiabat Mosi et Hebræis; ille denique puniebat rebelles. Hunc angelum probabile est fuisse Michaelem, qui, Daniel 10, v. ult., vocatur princeps populi Israel. Hic enim olim præerat Synagoga Judæorum, uti nunc præest Ecclesie Christianorum.

ET CUSTODIAT IN VIA. Nota hic nomen angeli custodis totius populi, quæque quinque officia: primum est, *præcedet te*; secundum, *custodiet in viâ*; tertium, *introducet in locum quem præparavi*, puta in Chanaan; quartum, *non dimittet eum peccaveris*, q. d.: *Si pecces puniet te*; quintum, *est nomen meum in illo*. Eadem applicari possunt angelo custodi ejusvis hominis.

Vis rara exempla custodiæ et opis angelicæ? Accipe omnia S. Scripturæ suo ordine. Primò, Cherubim custodiunt paradisiim, ejecto Adamo peccatore, versant que gladium flammeum, Gen. 5, 24; angeli enim purissimi summè vel fugunt, vel faciunt improbos peccatores. *Sicut fumus apes*, et *factor columbas fugat*, sic *miserabile et putidum peccatum repellit viæ nostræ custodem angelum*, inquit S. Basilus, et ex eo Maximus serm. de Peccato. Secundò, angelus profugam Agar reduxit ad Saram heram suam, Gen. 16, v. 7. Tertiò, angeli tres Abrahæ promiserunt filium Isaac, Gen. 18, v. 10. Quartò, duo angeli eduxerunt Lot ex Sodomis, et Sodomitas igne celesti concremarunt, Gen. 19. Quintò, angelus consolatus est Agar, et Ismaeli sili morientis, putco ostenso, vitam servavit, Gen. 21, 17. Sextò, angelus sedit gladium Abrahæ volentis immolare Isaac, Gen. 22, v. 11. Septimò, Jacob vidit ascendentes angelos et descendentes per scalam, ad suam opem, Gen. 28, 12. Octavò, angelus docuit Jacob modum per virgas varicolores producendi fetus sibi ex pacto debitos, Gen. 31, 41. Nonò, angeli dederunt Jacob ex Mesopotamiâ in Chanaan, Gen. 32, 1. Decimò, angelus interposuit se inter castra Hebræorum et Pharaonis, illa illuminans et deducens per mare Rubrum, hæc obtenebrans et submergens, Exodi 14, 19. Undecimò, angelus deduxit Hebræos per desertum in Chanaan, Exodi 25, 20. Duodecimò, angelus locutus est per os asinæ, et corripuit Balaam,

Num. 22, 22. Decimò tertiò, angelus consolatus est Hebræos ab hostibus afflictos, Judic. 2, 1. Decimò quartò, angelus roborat Gedeonem ad bellum contra Madian, Judic. 6, 11. Decimò quintò, angelus promittit Manue filium Samsonem nazareum, Judic. 15, 5. Decimò sextò, angelus percussit Jerusalem peste, ob numeratam à Davide populum, 2 Reg. 24, 16. Decimò septimò, angelus confortavit Eliam pane, ut ambularet per quadraginta dies ad montem Dei Moreb, 5 Reg. 19, 5. Decimò octavò, angelus misit Eliam ad Ochoziam regem, ut ei prædiceret mortem ob cultum Beelzebub, 4 Reg. 1, 3. Decimò nonò, angelus percussit 185 millia Assyriorum, 4 Reg. 19, 35. Vigesimò, Raphael Tobiam deduxit et reduxit, curavitque oram uxorem, ut patet ex Tobia. Vigesimò primò, angelus Judith custodivit, et direxit ad eadem Holophernis, Judith. 15, 20. Vigesimò secundò, angelus tres pueros in fornace babilonica ab igne defendit, Daniel, 5, 49. Vigesimò tertiò, angelus conclusit oram leonum, ne devorarent Danielem, Daniel, 6, 22. Vigesimò quartò, angelus Gabriel ostendit Danielem 70 hebdomade occidentum esse Christum, Daniel, 9, 21; idem varia futura circa reges Syriæ et Ægypti eidem revelavit, c. 11. Vigesimò quintò, angelus utatus est et vindicavit pudicitiam Susanna, Daniel, 15, v. 53 et 59. Vigesimò sextò, angelus rapuit Habaucem, ut ferret prandium Danieli in lacu leonum, Dan. 14, 55. Vigesimò septimò, angelus Zachariæ, c. 2, 5, 4, 5, 6, 12, varia mysteria revelavit. Vigesimò octavò, angelus hastam vibrans præcessit castra Judæ, deditque victoriam, 2 Machab. 11, 8.

Jam in novo Testamento angeli Christo nato cecernerunt: *Gloria in excelsis Deo*; susceperunt fugam in Ægyptum, indeque reditum; ministrarunt Christo post tentationem: confortarunt Christum in agoniâ; Christi resurrectionem nuntiaverunt; angelus Petrum è carcere eduxit, rapuit Philippum apud Eunuchum, Cornelio jussit vocare Petrum, Paulum cum suis naufragio liberavit, denique S. Joanni crebrò apparet Apocalypsin revelavit.

VERS. 21. — NEC CONTEMNENDUM PETES. Hebraicè, *nec eum ad amaritudinem provocas*, vel, ne amarus sis, inobediens et rebellis in eo.

ET EST NOMEN MEUM IN HLO. Hebr. *in medio ejus*, q. d.: Angelus hic meum nomen, personam, auctoritatem et voluntatem præfert; unde Chald. vertit: *Quoniam in nomine meo est verbum illius*, q. d.: Quidquid angelus hic præcipit, hoc nomine meo præcipit. Merito ergo Abbas ille in Vitis Patrum lib. 7, c. 44, rogatus quænam esset quotidie ejus exercitatio, respondit: *Ego angelum meum assistentem mihi juxta me expecto et custodio nemetipsum, quod scriptum est reminiscens: Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commovear. Timor ergo eum ut custodientem vias meas, et quotidie ascendentem ad Deum, et insinuantem actus meos et verba.*

VERS. 24. — NON FACIES OPERA EORUM. Hebr., *non facies secundum opera eorum*, ut nimirum excites iis lucos, fana, aras, statuas ad instar eorum quæ in-

venies et videbis in Chananaë, sed ea inventa destruas.

VERS. 25. — BENEDICAM PANIBUS TUIS ET AQUIS, q. d. : Affam cibi et potis vobis præbebo; tales enim erant promissiones veteris Testamenti, ait S. Aug. quest. 92.

VERS. 26. — NUMERUM DIERUM TUORUM IMPLEBO, q. d. : Faciam ut sanam longamque habeatis senectam, et moriamini saturi et pleni dierum; e contrario de impiis dicitur, psal. 54, v. ult., quòd non dimidiabunt dies suos.

VERS. 28. — EMITTENS CRABRONES PARSUS, QUI FUGANT HEVÆUM. Per crabrones S. August. locut. 101, et Euseb. Cæsar. intelligunt aculeos formidinis et timoris quibus prostrati sunt Chananaei, adventantibus Hebraeis, tam facile ac si vespe et crabrones eos dejecissent. Verum quia timoris hic aperta mentio præcessit, hinc distinctius et melius per crabrones, veros crabrones accipimus, quia ita etiam vocantur, Deut. 7, 20, et tales immisos fuisse Chananeis docet Josue c. ult., 12. Item patet Sap. 12, 8, ubi sic ait Sapiens: Misisti antecessores exercitus tui vespas, ut illos (Chananeos) paulatim exterminarent, non quia impotens eras bestis servis eos exterminare. Præmisit ergo Deus ante Hebræos crabrones, qui infestarent, debilitarent et attriverunt Chananeos, ut ipsi postea ab Hebræis facilius vincerentur et deleterentur.

VERS. 29. — NON EJCIAM EOS A FACIE TUA ANNO UNO, NE TERRA IN SOLITUDINE REDDATUR. Hinc patet amplam et fertilem fuisse Chananeam, utpote quæ a sexcentis millibus Hebræorum ita colli non poterit, quin magna ardore restaret ejus solitudo bestis implenda, et feris hominibus nocturnis, si Chananaei in eâ multis in locis remansissent. Fuit et alia causa cur non statim gentes illic exterminatæ sint à Deo: videlicet quòd Deus voluerit in eis erudire Israelem, ut dicitur, Judic. 5, 1, ne scilicet Israel otio torperet, sed bellum assidue gerens non diffunderet luxu, idolorum culturâ et societate cum gentibus; discretique Deum colere metu hostilitatis, illi soli servire et in eum et victoria datorem sperare. Sed hanc causam tacet hic Deus, ne imbellent populum pacique assuetum hoc belli timore dejiciat.

Allegoriam horum omnium de Ecclesiâ gentium dominicæ, vide apud Rupertum.

VERS. 31. — PONAM AUTEM TERMINOS TUOS A MARI RUBRO USQUE AD MARE PALESTINORUM, ET A DESERTO USQUE AD FLUVIUM. Deus hic, secundum quatuor mundi plagas, terram promissionis Hebræis à se dandam limitat: nam ipsa ad meridiem habet mare Rubrum,

CAPUT XXIV.

4. Moysi quoque dixit: Ascende ad Dominum, tu et Aaron, Nadab et Abiu, et septuaginta senes ex Israel, et adorabis procul.

3. Solusque Moyses ascendit ad Dominum, et illi non appropinquavit: nec populus ascendit eum eo.

5. Venit ergo Moyses, et narravit plebi omnia verba

quasi limitem; ad occidentem habet mare Palestinorum, sive ejus acule sunt Philistin, quod est mare Mediterraneum: unde et occidentem Scriptura sæpè per mare significat. Versus orientem habet deserta Arabiæ, qui inter eam et Ægyptum interfaciunt. Ad septentrionem denique habet fluvium Euphratem, qui per antonomasiam dicitur fluvius. Ponit Deus hos terminos Hebræis, ut sciant amplitudinem terre promissæ, et ad eam anhelent: quanquam sua culpa et demerito eâ totâ potius non sint, nisi paucis Salomonis regni tempore, quo tamen non fuerunt ab eis culte et habitatae, sed tantum subactæ et vegetigatae factæ illas regiones eorum, quæ ab hostilibus jampriidem fuerant occupatæ et inhabitatae.

VERS. 35. — SI SERVIERIS DUS FORIS. Moraliter dicitur sive idola cujusque sunt ejus cupiditates. Ergo discite hinc peccatores servire peccato miseram servitutem. Audi Claudianum:

*Si metuis, si prava cupis, si duceris irâ,
Servitii patre jugum, tolerabis iniquas
Interius leges; tunc omnia jura tenebis
Si poteris rex esse tui.*

Et alium:

*Solus peccator servit malè qui licet amplo
Utatur regno, sat miser est famulus:
Cum mens carnalis, nutritur dominante tyranno,
Tot servit sceptris, dedita quot vitis.*

Et Senecam Epistolâ 47: Alius, inquit, libidini, alius avaritiæ, alius ambitioni servit; omnes timori; nulla servitius turpius est quam voluntaria. Et S. Hieron. Epist. ad Simplicianum: Status, ait, esto imperet, servit proptis passionibus, servit suis cupiditatibus, quarum dominatio nec nocte, nec die fugari potest: quia intra se dominos habet, intra se servitium patitur intolerabile. Et S. Ambros. de Jacob et vitâ beatâ lib. 2: Servit, ait, quicumque metu frangitur, vel delectatione irretitur, vel cupiditatibus ductur, vel indignatione exasperatur, vel merore deficitur; servit enim est omnis passio. Et S. Augustinum lib. 4 de Civit. 5: Bonus, ait, etiam si serviat, liber est; malus autem, si regnat, servus est; verius hominis, sed, quod gravior est, tot dominorum quot vitiorum.

Quod tibi certe erit in scandalum. Quod scilicet peccare, sive peccatum idololatricæ Chananeorum erit tibi in scandalum, hebr. in taquenn, id est, in ruinam et interitum: erit enim causa tue ruinae et excidii. Pōtest etiam pronomen quod refertur more hebræo ad id quod præcessit, videlicet, non habitent in terrâ tuâ: hoc enim propriè Judæis erat scandalum culpe, non potius, quia erat eis occasio idololatricæ.

CAPITRE XXIV.

1. Dieu dit aussi à Moïse: Après que vous aurez porté au peuple les ordres que je viens de vous donner, montez vers le Seigneur, vous et Aaron, Nadab et Abiu, et les soixante-dix anciens d'Israël, et vous adorerez de loin.

2. Ensuite, Moïse seul monta où est le Seigneur; mais pour les autres, ils n'approchèrent point, et le peuple ne montra point avec lui.

5. Moïse vint donc rapporter au peuple toutes les

Dominî, atque judicîa; responditque omnis populus, unâ voce: Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus.

4. Scripsit autem Moyses universos sermones Domini: et mane consurgens edificavit altare ad radices montis, et duodecim titulos per duodecim tribus Israel.

5. Misitque juvenes de filiis Israel, et obtulerunt holocausta, immolaveruntque victimas pacificas Domino, vitulos.

6. Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, et misit in crateras; partem autem residuam fudit super altare.

7. Assumensque volumen fœderis, legit audiente populo, qui dixerunt: Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, et erimus obedientes.

8. Ille verò sumptum sanguinem respersit in populum, et ait: Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.

9. Ascenderuntque Moyses et Aaron, Nadab et Abiu, et septuaginta de senioribus Israel:

10. Et viderunt Deum Israel, et sub pedibus ejus quasi opus lapidis sapphirini, et quasi cœlum cum serenem est.

11. Nec super eos qui procul recesserant de filiis Israel, misit manum suam, videruntque Deum, et comederunt ac biberunt.

12. Dixit autem Dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem, et esto ibi: daboque tibi tabulas lapideas, et legem ac mandata quæ scripsi, ut doceas, eos.

13. Surrexerunt Moyses et Josue, minister ejus: ascendensque Moyses in montem Dei.

14. Senioribus ait: Expectate hic donec revertamur ad vos. Habebis Aaron et filii vobiscum: si quid natum fuerit questionis, referetis ad eos.

15. Cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem.

16. Et habitavit gloria Domini super Sinâ, tegens illum nubes sex diebus: septimo autem die vocavit eum de medio caliginis.

17. Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis, in conspectu filiorum Israel.

18. Ingressusque Moyses medium nebulae, ascendit in montem: et fuit ibi quadraginta diebus, et quadraginta noctibus.

VERS. 1. — ASCENDE AD DOMINUM. Ascenderat jam Moses ad Dominum in Sina, et ab angelo vice Dei mandante præcepta, capit. 21, 22 et 25, audierat; sed descendere jussus fuit, ut leges has populo proponeret; quod licet hic taceat more hebræo Scriptura,

paroles et toutes les ordonnances du Seigneur, pour voir s'il les acceptait, et le peuple répondit tout d'une voix: Nous ferons tout ce que le Seigneur a dit.

4. Moïse écrivit toutes les ordonnances du Seigneur, avec le consentement du peuple; et, pour confirmer cette alliance par un sacrifice solennel, se levant dès le point du jour, il dressa au pied de la montagne un autel composé de douze pierres, selon le nombre des douze tribus d'Israël.

5. Et ayant envoyé des jeunes gens d'entre les enfants d'Israël, ils offrirent des holocaustes, et ils immolèrent des victimes pacifiques; savoir, des veaux et des boucs.

6. Moïse prit la moitié du sang de ces animaux, qu'il mit en des coupes, et il répandit l'autre sur l'autel.

7. Il prit ensuite le livre où l'alliance était écrite, et il le lut devant le peuple, qui dit après l'avoir entendu: Nous ferons tout ce que le Seigneur a dit, et nous lui serons obéissants.

8. Alors prenant le sang qui était dans les coupes, il le répandit sur le peuple, comme il l'avait répandu sur l'autel, qui représentait le Seigneur; et il dit: Voici le sang, qui est comme le sceau de l'alliance que le Seigneur a faite avec vous, sous les conditions que je vous ai proposées, et que vous devez observer, sans peine de voir votre sang répandu comme celui-ci.

9. Moïse, Aaron, Nadab, Abiu, et les soixante-dix anciens d'Israël, étant ensuite montés sur la montagne pour rendre leurs hommages au Seigneur.

10. Ils virent le lieu où était le Dieu d'Israël: et son marchepied paraissait un ouvrage fait de saphir, et ressemblait au ciel, lorsqu'il est le plus serein.

11. La main de Dieu ne frappa point ces princes qui s'étaient avancés, ayant laissé loin derrière eux les enfants d'Israël; mais après avoir vu la gloire de Dieu, ils s'en retournèrent, et ils burent et mangèrent comme auparavant, contre l'opinion commune, qui était qu'en ne pouvait voir Dieu sans mourir à l'instant.

12. Or, pendant qu'ils étaient encore en ce lieu, le Seigneur dit à Moïse: Montez au haut de la montagne où je suis, et vous y demeurerez; je vous donnerai des tables de pierre, et la loi et les commandemens que j'ai écrits dessus, afin que vous en instruisiez le peuple.

13. Moïse se leva ensuite avec Josue qui le servait, et monta sur la montagne de Dieu.

14. Il dit aux anciens: Attendez-nous ici jusqu'à ce que nous revenions à vous. Vous avez avec vous Aaron et filii: s'il survient quelque difficulté, vous vous en rapporterez à eux.

15. Moïse étant monté plus haut, la nuit couvrit la montagne.

16. La gloire du Seigneur reposa sur Sinâ, l'enveloppant d'une nuée pendant six jours, et le septième jour, Dieu appela Moïse du milieu de cette obscurité.

17. Ce qui paraissait de cette gloire du Seigneur était comme un feu ardent qui brûlait au plus haut de la montagne, et qui se faisait voir à tous les enfants d'Israël.

18. Et Moïse laissant là Josue, et passant au travers de la nuée, monta sur la montagne, et y demeura quarante jours et quarante nuits, sans boire et sans manger. Josue en demeura autant au lieu où Moïse l'avait laissé, vivant de ce qu'il portait avec lui sur la montagne. Mais, pour les anciens d'Israël, ils s'enaguèrent d'attendre, et s'en retournèrent au camp.

COMMENTARIUM

inuit tamen v. 5, unde rursum jubetur hic ascendere, postquam scilicet habuerit responsum et assensum populi de lege Dei observanda, idque ad hoc et in monte Sinâ legis tabulas, tanquam signum fœderis inter Deum et populum, ejusque quasi instrumentum

et oblationem accipiat: multa ergo hic præterit et silet Scriptura studio brevitatis, quæ interpreti aliunde supplenda sunt.

ET ET AARON, NADAB ET ABU. Illi duo ultimi erant filii seniores Aaron, qui postea ignem alienum sacris et sacrificiis adhibentes, eo exusti sunt à Deo vindice, Levit. 10, 4.

ET SEPTUAGINTA SENES EX ISRAEL. Putant aliqui hos septuaginta esse illos in quos Moses suum regendi onus et spiritum paritatis est, quosque præfecit populo, qui proinde et prophetabant: è quibus Eldad et Medad etiam absentes spiritum eundem acceperunt. Sed hoc ab historia sacra est alienum: nam illi in Sepulchris concupiscentiæ diu postea, non verò in Sinai delecti sunt, uti videre est, Num. 11, 16. Non etiam hi septuaginta fuerunt decuriones, aut chiliarchi omnes consilio Ierthro constituti, de quibus Exodi 18, sed ex hisce (si tamen illi jam erant constituti) vel ex aliis etiam populi primoribus à Mose evocati sunt, ut eum in Sinai comitantes, tabularum legis acceptionem sua presentia decorarent.

ET ADORANTIS PROCU, Deum in caligine, in cacumine montis Sina, per angelum se ostendentem et loquentem cum Mose.

VERS. 2.—SOLUSQUE MOYSES ASCENDET AD DOMINUM, ad caliginem verticis Sina. Solus, inquam, Moses comitatus uno suo famulo Josue; septuaginta autem seniores cum Aarone jussi sunt remanere inferni cum populo ad eum gubernandum.

VERS. 3.—VENIT ERGO MOYSES, ET NARRAVIT PLEBI OMNIA VERBA DOMINI. Sanè sine miraculo fieri non potuit ut vox Moysi à tot centenis millibus populi audiretur et intelligeretur; quod idem certis liquet in iteratâ promulgatione legis, Deuter. 1, et Deuter. 29, v. 40 et 41. Voluit autem Deus hæc præcepta sigillatim populo, id est, Hebraeis omnibus, proponi, antequam cum eis fœdus iniret et tabulis firmaret, ut ostenderet quàm humaniter cum eis ageret, neque velle se eis legem ferre nisi assentientibus; deinde ut firmis eam retinerent, quam tam liberè amplexi essent, neque ullam deinceps detractandi haberent ansam.

JUDICIA, leges judiciales c. 21, 22, 25.

VERS. 4.—ÆDIFICAVIT ALTARE AD RADICES MONTIS, ET DUODECIM TITULOS PER DUODECIM TRIBUS ISRAEL, q. d.: Moses duodecim rudia saxa in titulos et statuas erexit, ut sacrificia hæc quibus fœdus inter Deum et populum sanciebatur, pro duodecim tribubus offerri significaret. Unde et aliqui probabiliter putant, ex duodecim hisce lapidibus ipsum altare fuisse constructum. Ita Abulens, et Cajet., licet Andr. Masius in Josue 8, n. 34, et alii contrarium sentiant.

VERS. 5.—MISITQUE JUVENES DE FILIIS ISRAEL, ET OBTULERUNT MOLOCAISTA. Chald., misit primogenitos filiorum Israel: hic enim in lege naturæ erant sacerdotes, necdum enim Aaron ordinatus erat sacerdos. Ergo principum Israel filii primogeniti hæc sacrificia offerrebant, licet S. Aug. quest. 20 in Levit. hos putet fuisse filios Aaron, qui postea creati sunt sacerdotes.

TITULOS DUODECIM. Expungo → duodecim cum Rom., Chald. et Septuag.; cum enim plures essent primogeniti, nihil obstat quominus plures victimas eos obtulisse dicamus. Apostolus, Hebr. 9, v. 19, addit hircos quoque tum oblatos fuisse.

VERS. 6.—TULIT ITAQUE MOYSES DIMIDIAM PARTEM SANGUINIS, ET MISIT IN CRATERAS, PARTEM AUTEM RESTIDIAM PUDIT SUPER ALTARE. Nota. Solebant veteres fœdera victimis et sanguine sancire. Unde Livius lib. 1 loquens de fœdere inter Romanos et Albanos initio: *Positis, inquit, fœderis legibus, aicbat socialis: Populus Romanus prior non deficiet; si prior defecerit, publico consilio, dolo nullo, in illo die, Jupiter, populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hostiæ feriam, tantoque magis ferito quanto magis potes pollescere.* Et Virgil. 8 Æneid. de Romulo et Tatius:

*Armati Jovis ante aram, paterasque tenentes,
Stabant, et casâ jungebant fœdera porci.*

Unde et putant nonnulli fœdus dictum à fœdo scilicet animali, puta porco, qui in fœdere maculatur, indeque phrasim manasse, quâ fœdus ferre, percutere, icere dicimur. Idem et multo ante inter fideles et veri Dei cultores usu receptum fuit. Hinc, Gen. 15, v. 9, 10, 17, Dominus in signum et confirmationem fœderis cum Abraham inito, jussit immolari bovem, arietem et capram, dividique per medium: quo facto lampas Deum significans per medias divisiones transit, indicans ita dividendum fore qui fœdus rumperet. Vide Jerem. c. 34, v. 18; unde, *verit, id est, fœdus hebraicè, plerique à batar, id est, dividere, per metathesin deducunt.* Hinc Cyrillus, lib. 40 contra Julianum sub finem, ex Sophocle docet apud posteriores id servatum, scilicet ut euntes per medium ignem, et ferum manibus ferentes facerent juramenta. Idem factum est in hoc fœdere Dei cum Mose et Judæis: sanguis enim victimarum divisus est, ut significaretur eum qui pactum violaret simili modo sanguine violatam fœderis fidem luiturum; quia verò pactum ferebatur inter Deum et populum, oportebat ut tam Deus quam Israel sanguinem dividerent, eoque aspergerentur, et cum Deus sit incorporeus, ut sanguine aspergi non possit, hinc altare sacrificiorum ejus vice sanguine finctum fuit.

Simili modo Christus Dominus novum fœdus et testamentum sancivit scipso, et sanguine suo quasi victimâ, et sanguine victimæ fœderalis; præsertim quia hæc victimâ et sanguine promeruit nobis redemptionem, gratiam, hereditatem, et omnia bona quæ in hoc fœdere suo nobis promisit, ad Hebræos c. 9, 15 et seq., idque expressit in institutione Eucharistiæ, dicens: *Hic est sanguis novi Testamenti.* Unde contra Sacramentarios validum pro veritate corporis Christi inroqueas argumentum: si enim vero sanguine veteris sancitum est fœdus, isque intelligitur cum dicitur *ut v. 8: Hic est sanguis fœderis quod pepigit vobiscum Deus;* utique est vero sanguine sancitum et fœdus novum; isque intelligitur, cum dicitur: *Hic est sanguis novi Testamenti;* hic enim veteris, novi et veri erat ty-

pus, ad quem certum est Christum in verbis jam dictis respexisse.

Dices: Christus vocat sanguinem novi Testamenti, non fœderis, uti suum vocat Moses hic; ergo dissimilis est hæc sanguinis lustratio.

Respondet: Christus testamentum vocat fœdus testamentarium, adeoque fœdus et testamentum in Script. sæpè idem sunt, ut ostendi 1 Cor. 41, 25. Vide et dicta Hebr. 9, 19.

VERS. 7.—ASSUMENSQUE VOLUMEN FœDERIS, LEGIT AUDIENTE POPOLO. Volumen hoc erat libellus, quem reciter, Deo dictante, Moses in Sina scripserat, de quo v. 4, qui continebat jam dicta Dei præcepta, universosque sermones Domini à c. 20 usque ad hoc c. 24. Legit ergo Moses hoc volumen continens præcepta Dei (hæc enim erant conditiones fœderis in eundem cum Deo) populo: populus deinde promisit se ea servaturum; Moses denique quasi socialis, fœdus inter Deum et populum sanciens et confirmans, sanguine victimarum populum respersit.

VERS. 8.—ILLE VERO SUMPIT SANGUINEM RESPERISIT IN POPELUM. Sanguis in populum aspersus significabat sanguinem Christi in nos aspersum. Addit Apostolus, Hebr. 9, 19, nonnulla quæ hic subicit Moses, sic enim habet: *Accipiens sanguinem vitularum et hircorum cum aquâ, et lanâ coccineâ et hyssopo, ipsum quoque libram et omnem populum aspersit.* Succinctè enim hæc narrat Moses, quæ Paulus partim instinctu Spiritus sancti, partim ex consuetudine ritus legalis, quem in lustrationibus ejusmodi usurpari solitum, tum ex S. Scripturâ, tum ex ipsâ præxi diceret, hæc ipsa supplevit et expressit; nam aquam sanguinis misceri solitam in sacris aspersionibus, patet Exodi 42, 22. Idem patet de cocco, sive de lanâ coccineâ atque hyssopo, Num. 19, v. 6 et 18. Rursùm, cum vitalis oblatos quoque fuisse hircos patet, quia hircus, ut pote suo fœtore aptè peccatum representans, offerri solet pro peccato, ut patet Levit. 9, v. 5 et 15, unde aptè figurabat Christum, qui nostra peccata in se luenda suscepit.

Nota. In præcis Hebræorum lustrationibus aqua sanguini adhibebatur, ne sanguis coneresceret, sed fieret liquidior et sparsilis, adeoque aspersioni in tantum populum idoneus. Rursùm allegoricè hæc aqua et sanguis victimarum figura erant et typus sanguinis et aquæ ex latere Christi effluentis, ac consequenter typus erant baptismi et eucharistiæ: aqua enim baptismum, sanguis eucharistiam representat.

Secundò, in lustrationibus adhibebatur lana coccinea et hyssopus, ut ex eis fieret aspergillum; ad hoc enim peridonea sunt tum ob suam densitatem, tum ob vim retentivam quam habent: sunt enim humoris bibula aquæ ut spongia. Rursùm allegoricè, lana significabat candorem et innocentiam Christi, sive carnem Christi per se candidam, sed ob peccata nostra coccineam, id est, sanguine passionis rubricatam.

Hyssopus verò typus erat primò charitatis et gratiæ Christi; est enim hyssopus naturâ suâ calida: unde servit mysterio, suoque calore et fervore Spi-

ritus sancti ardentissimos aestus, quibus ignescunt piorum mentes, denotat. Secundò, hyssopus typus erat humilitatis et humanitatis Christi, per quam Deus nostram superbiam, aliæque peccata sanavit; est enim hyssopus herba humilis, et, ut docet Dioscorid. lib. 5, c. 28, medetur pulmonis tumori, qui superbiæ est symbolum, ut annotavit Rapertus.

VERS. 10.—ET VIDERUNT DEUM ISRAEL, non per essentiam, sed per umbram, id est, in specie aliquâ sensibili, quam Dei voluntas elegit, et humana fragilitas ferre potuit. Unde Chaldeus verit: *Et viderunt gloriam Dei Israel.* Longius abeunt Sept. qui nomen aliud remotius subaudiunt, scilicet locum: *Et viderunt locum,* inquit, *ubi stetit Deus Israel.* Idque ut obvolvant hanc Dei visionem, ne putentur hi seniores Deum in suâ essentia et formâ divinâ vidisse.

Quæres in quâ formâ hic se videndum Deus, id est, angelus vice Dei, senioribus exhibuerit? Resp. Abul. Deum hic apparuisse in formâ nubis lucidæ, intra quam Dei majestas latere videbatur, ita ut rudes Judæi putarent in hujus nubis infimâ parte consistere pedes Dei, in parte verò superiori versus caelum caeterum corpus, et hoc respectu dici hic sub pedibus Dei, id est, sub infimâ parte nubis, in quâ credebantur esse pedes Dei, fuisse quasi opus lapidis sapphirini; quod enim formâ hominis, aut animalis, alteriusve rei hic Deus non apparuerit, patet ex Deut. 4, 15, ubi dicitur: *Non vidistis aliquam similitudinem in die quâ locutus est vobis Dominus de Horeb, in medio ignis; ne foris decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, etc.*

Alii tamen, ut Lyran., Cajet., Prado in Ezech. 1, verius censent Deum hic humanâ formâ, nimirum specie magnifici principis, et regis legislatoris sese ostendisse; unde in Hebræo pro Deum, non est nomen Dei tetragrammaton, sed est *Elohim*, quod Deum quâ principem et iudicem significat; hinc et visus est Deus hic habere pedes, et sub pedibus habere scabellum sapphirinum: voluit enim Deus hæc specie legislatoris majestatem et timorem senioribus, et per hos populo demonstrare et imprimere. Addit Hier. Prado in e. 4 Ezech. et alii nonnulli Deum hic apparuisse tam senioribus, quàm Mose specie humanâ curru Cherubim, quem quatuor animalia, puta quatuor Cherubim, bovis, aquilæ, leonis et hominis speciem habentes, stipabant, insidentem; quâ specie Deum vidit Ezechiel. c. 1, et S. Joan. Apoc. 4, ita ut ad hujus speciei et visionis exemplum ac formam Moses fabricârit arcam, et Cherubim quasi currum gloriæ Dei: non est enim dubium quin horum typum Mose in Sina ostenderit Deus, ut secundum illum illa fabricaretur, hoc enim est quod dicitur, c. 25, v. ult.: *Fac secundum exemplum quod tibi in monte monstratum est.* Sed de hoc plenius dicam, c. 25, 18.

Allegoricè, species hæc humana Dei legislatoris veteris significabat incarnationem Verbi legislatoris nostri. Ita Lyran. et alii.

Ad argumentum Abulens. resp. Deut. 4 sermonem esse non de hâc visione secretâ et privatâ, quæ facta est Mose et senioribus, sed de publicâ, quæ facta est

toti populo, cum Deus illi ex Sina promulgaret decalogum, cap. 19, 18, et c. 20, 18; populus enim prius erat ad idololatram, unde noluit illi Deus se exhibere specie aliqua hominis vel animalis, ne illius formaret idolum: hoc autem periculum non erat in Mose et senioribus, utpote viris sapientibus et selectis. Unde constat ex c. 23, v. ult., Deum de facto Mose exhibuisse ideam arcæ, Cherubim, totisque tabernaculi.

ET SUB PEDIBUS EIUS. Deus enim apparebat hic quasi homo et princeps magnificus. Nota. In Scripturâ tribuuntur Deo membra hominis, non quod reverâ Deus habeat corpus, ut voluerunt Anthropomorphytæ, sed ut hominum phantasiæ et sensibus se accommodet, utque mysticum et spirituale quid, eis aptè respondens, significet. Unde S. Aug. Epist. 111, quæ est de videndo Deo, sic ait: *Alas cum in Deo vidimus, protectionem intelligimus; cum manus, operationem; cum pedes, presentationem; cum oculos, visionem; cum faciem, notitiam quâ invocet*; Et ibid. citat S. Hier. in Psal. 95 dicentem: *Deus totus oculus est, quia omnia videt; totus manus est, quia omnia operatur; totus pes est, quia ubique est. Ergo videte quid dicat: Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui fixit oculos, non considerat? Et non dicit: Qui plantavit aurem, ergo ipse aurem non habet; qui fixit oculos, ergo ipse oculos non habet. Sed qui dixit: Qui plantavit aurem, non audiet? qui fixit oculos, non considerat? membra tulit, efficientias dedit. De his fusc agit in lib. de Esentia Divinitatis, et D. Thom. p. 4, q. 3, a. 4.*

ET SUB PEDIBUS EIUS QUASI OPUS LAPIDIS SAPHIRINI, ET QUASI COELEM, CUM SERENUM EST, q. d.: Sub pedibus Dei apparebat quasi pavementum ex sapphirino constratum. Signabatur hoc symbolo splendidissima et præstantissima Dei majestas, quæ omnem cæli et gemmarum fulgorem et splendorem longè transcendit et pedibus premit. Est enim sapphirus gemma gemmarum, inquit Abulens., unde apud gentiliam deos in magnâ fuit sapphirus reverentia; quod sine eo responsa non dabatur. Et Pierius hieroglyph. 41: *Sapphirus, ait, apud veteres magnâ semper in veneratione fuit; signum per eum imperium et summum sacerdotium significari manifestum est. Unde Aelianus, lib. 14, 34, docet apud Ægyptios summum sacerdotem (qui et supremus erat iudex) gestare solum collo appensam imaginem esse sapphiro, quæ appellabatur Veritas. Modò quoque summus pontifex cuilibet cardinali recens creato sapphirum mittit. Et Ruens, qui asserit: Supremam olim sapphirum apud homines auctoritatem habuisse, et apud divos gratiam, ipsa perhibet antiquitas. Sapphirus enim pulcherrimus est, quia aureis punctis quasi stellis collocat. Unde hebr. vocatur sappir, à sepher, id est, à numero, scilicet stellarum; vel, ut S. Hier. à scaphir, id est, pulcher. Rursùm, sapphirus valet contra melancholiam, et quartanam, et humores melancholicos, teste Avicennâ, Alberto Magno, et Mathiolo lib. 5, 66. Denique sapphirus, ait Galenus et Dioscorides, percussus à scorpione haustus prodest, et contra intestinas exuberantiones bibitur, et ruptis membranis*

cogit, et excrecentia in oculis gustulasque inhibet. Sapphirus ergo vigoris et lætitiæ divinæ est symbolum.

Anagogicè, hæc regni cælestis, in quo nobis Deus promittitur, soliditatem, puritatem, et altitudinem adumbrabant. Ita Rupert. et S. Aug. quest. 102. Sapphiri enim color est caruleus, aureis stellâs conspersus, ita ut cœli ipsius speciem referat. Jam caruleus color, quem in cœlo suspicimus, nihil est aliud quàm altissima lucis profunditas: hic ergo aptè immensum deitatis, quasi lucis incomprehensibilis pelagus; in cuius conspectu et cogitatione humana mentis acies videtur planè evanescere, significat. Rursùm significat beatitudinalis divinæ serenitatem et æternitatem.

Allegoricè, scabellum hoc Dei sapphirinum significabat claritatem purissimam B. Virginis, in quâ quasi in scabello sedere dignatus est Dei Filius, dum in eâ conceptus et natus est. Ita R. Moses et R. Haecados apud Galatin. lib. 7, c. ult.

In Hebræo et Septuag. pro lapidis esse lateris; habent enim, et sub pedibus eius quasi opus lateris sapphirini. Verùm later hic pro lapide sumitur; unde Vatabl. Chald., R. David et alii hic vertunt: *Quasi opus lapidis sapphirini. Hic ergo later est lapis, id est, gemma, quoad naturam et splendorem; idem verò erat et later, quoad formam quadratam, vel potius quadrangulam; erat enim hic imago propitiatorii futuri.*

Adde, lapis hic apparebat esse later, quoad ædificandem; inde enim later hebr. vocatur *lebens*, id est, albus, eò quòd in fornace coctus albescat. Denique per laterem, inquit R. Salomon, significabat Deus se memorem esse afflictionis Hebræorum in latero et luto Ægyptio, eamque jam in sapphirum commutasse. Denique ex hoc loco tradunt vel conjiciunt Hebræi tabulas lapideas, quibus Deus legem inscripsit, fuisse ex sapphiro, uti dicam, c. 31, v. ult.

VERS. 11. — NEC SUPER EOS QUI PROCUL RECESSERANT DE FILIIS ISRAEL, MISIT MANUM SUAM, VIDERUNTQUE DEUM, ET COMEDERUNT AC BIBERUNT. Ita legitur Romana omniaque alia exemplaria, præter Complutensia, quæ perperam legunt: *Nec non super eos, etc.*, contrariò sensu. Sensus est: Super seniores qui à plebe recesserant, et cum Mose ascenderant in montem, non misit Deus manum suam; id est, Deus non percussit, non lesit principes Israel qui illum viderant; liberunt enim et comederunt postea, quasi læti et exultantes hæc augustâ et delectabili visione Dei, quod argumentum fuit illos non fuisse à Deo occisos aut læsos, cum tamen scriptum sit: *Non vididit me homo, et vivet.* Unde olim communis fuit sensus et timor, eum qui Deum videret, à Deo morte percutiendum esse; cuius rei exemplum est in Manue, Judic. 13, 22, et in populo auditâ lege, Deut. 5, 24. Rectè ergo dicit hic Moses seniores hos Deum vidisse, et tamen non esse mortuos aut læsos. Unde Chald. verit: *Principibus autem filiorum Israel nullum fuit incommodum; vox enim Hebræa assile, significans separatos et procul recedentes, significat etiam magnates et principes, qui à plebe honore et gradu separati sunt. Jam*

mittere manum super aliquem significat percutere, vel ledere aliquem. Chaldeeum sequitur Vatabl. et passim recedentes, q. d. Moses: Plebi et iis qui cum plebe erant non fuit fas videre Deum in effigie aliqua sensibili, ne ejus idolum sibi fabricarent; senioribus verò à plebe separatis, et, ut Septuag. vertunt, *electis filiorum Israel*, fas fuit ita Deum videre: hi enim erant viri prudentes, fideles, constantes et timentes Deum. Aliter hæc explicat Abulens., videlicet sic: Seniores populi viderunt Deum Israel, nec tamen Deus ipse misit manum suam super eos qui longè recesserant; id est, nec à populo longè remoto occultavit se, sed potius ei se manifestavit, uti et senioribus; ponere enim manum subinde apud Hebræos significat occidere, uti patet Exodi 35, 22. Verùm hic sensus remotior est et obscurior: prior ergo est genuinus.

VERS. 13. — ASCENDENS MOYSES IN MONTEM DEI, PUTA IN ALTIORA MONTIS SINA: unde postea ad ipsum ejus cacumen, tabulas legis accepturus, septimo die evocatus est. Ita Hugo.

ET JOSUE MINISTER EIUS. Vide hic Moesem uno ministrò contentum. Igitur Moses populi princeps, dux, legislator et pontifex, in principatu pauperem egit vitam, uno ministro Josue Josue: noluit ergo famulorum, equorum, rhedarum turbam. Eodem quoque cibo, imò eadem portione cibi quâ cæteri Hebræi, puta uno gomor manna, lectus vixit, ut daret posteris et principibus exemplum modestiæ, frugalitatis, continentiæ, quâ populo se æquarent, quoad possent, nec eos gravarent tributis ad proprium luxum; neque inter eos ambitiōse se extollere, eisque superbiè dominari satagerent.

VERS. 14. — SENIORIBUS AUT: EXPECTATE HIC. Hic scilicet, cum populo; et enim hic amplè accipiunt, et forè digito ostendebat Moses ipsa castra populi, q. d.: Suffecerit, o senes, vos hic usque me comitatos esse, et adorasse Dominum: hic subsistite, ne ascendatis mecum, sed redite ad castra, ut populo præsiliis, eumque in officio continetis; in castris enim paulò post Aaron vitulum populo conlavit, idèquæ à Mose, qui solus cum Josue descendebat de monte, inventus et increpitus est.

SI QUID NATUM FUERIT QUESTIONIS, REFERRETIS AD EOS. Hec vir verborum, id est, causarum vel litium, qui videlicet causam aliquam vel litem habet, hic accedit coram eis, puta coram Hur et Aaron, ut illi causam decident; populus ergo è castris ad seniores, sit ad Hur et Aaron, questiones exortas, Mose absente, referre hic jubentur.

VERS. 16. — ET HABITAVIT GLORIA DOMINI SUPER SINAL. Gloria, id est, majestas Domini patefaciens se per spectra admiranda, puta caliginem et ignem.

TENENS ILLUM NUBE SEX DIEBUS. Voluit Deus per hos sex dies Moesem abstrahi, et emundari ab omni terrenâ cogitatione et curâ, speque et oratione elevari ad supernorum contemplationem, itaque ad Dei, vel angelî potius, colloquium preparari.

VERS. 17. — ERAT AUTEM SPECIES GLORIÆ DOMINI, QUASI IGNIS ARDENS: et quasi, hic non similitudinem,

sed rei veritatem significat, uti et Joan. 1, 14: *Vidimus eum quasi unigenitum.* Et 1 Cor. 5, 15: *Saturus erit, sic tamen quasi per ignem.* Et 1 Petri 2, 15: *Sive regi quasi præcellenti, hic ergo erat vera species ignis, versusque ignis.*

Alia est hæc visio ab eâ seniorum v. 10; hic enim omnis populus speciem tantum ignis vidit, uti et c. 20, 18; nubes ergo totum tegebat montem, sed in ejus cacumine ignis species, quæ Dei erat index, eminebat, mansitque hæc visio integros 40 dies, quibus in monte fuit Moses, idque ne Israelitæ de ejus reditu desperarent.

VERS. 18. — INGRESSUSQUE MOYSES MEDIUM NEBULÆ ASCENDIT IN MONTEM. Relicto Josue in monte, Moses alius in cacumen montis ascendit, cum angelo, Dei vices gerente, collocaturus, et tabulas legis accepturus.

Topologicè, qui Deum querit, et cum eo colloqui cupit, ad nebulam, id est, ad cordis secretum se recipiat, omnia quæ videntur contemnat, alta petat, mentem ad invisibilia transferat. Ita Nyssenus et Rupertus.

Ita in Vitis Patrum lib. 6, sub finem, dicunt seniores: *Quando intrabat Moses in nubem, cum Deo loquebatur; quando autem exibat de nubem, cum populo: sic et monachus, quando in cellâ suâ est, cum Deo loquitur; egrediens autem de cellâ cum dormionibus etc.* Rursùm lib. 5, c. 7, n. 38, dixit senex: *Cella monachi est caminus ille Babilonis, ubi tres pueri filium Dei invenerunt; sed et columna nubis est, ex qua locutus est Deus Mosei. Auræ verò est illa B. Nili, qui fuit discipulus S. Chrysostomi, sententia: Imperforabilis manet à sagittis inimici, qui amat quietem: qui autem miscetur multitudinî, crebra suscipiet vulnera.*

ET FUIT IBI QUADRAGINTA DIEBUS. Addit Deut. 9, 9, Moesem quadraginta illis diebus nihil comedisse, nihil bibisse: vivebat enim Moses tunc verbo et colloquio Dei, atque Dei virtute cum sustentante. Totidem diebus expectans reditum Moisis, mansit Josue in suo illo loco (unde ad cacumen evocatus discesserat ab eo Moses) contemplationis, ut par est credere. Moisis exemplo, deditus: sed an Josue, similiter ac Moses, sine cibo et potu quadraginta diebus vixerit, incertum est. Censet Abulens. Josue manna inibi cadente, et torrente, qui, Deut. 9, 21, de monte descendere dicitur, alium fuisse.

Putant aliqui Moesem præter sex dies, de quibus v. 16, insuper alios quadraginta dies in monte cum Deo fuisse, ita ut universim ibi fuerit quadraginta sex diebus. Sed verius est eum omnino tantum quadraginta diebus in monte fuisse, idque colligitur ex Deut. 9, v. 9, 11 et 18. Sex ergo dies, de quibus v. 16, comprehenduntur inter hos quadraginta.

Nota. Quadraginta numerus in Scripturâ frequens et sacer est jejuniis Moisis, Elæ, Christi: rursùm 42 mansionibus, sive stationibus Hebræorum in deserto, ad hæc 40 annis peregrinationis in eodem, quibus jugiter cibo terreno carentes, celesti manâ sunt aliti, usque dum venerunt ad terram promissionis: sicuti Chris-

tiani 40 diebus jejuni ad resurrectionem tendunt; qui jejuniorum dies, ob veterem illam peregrinationis et stationum Hebræorum in deserto figuram, stationes etiam à Patribus appellantur, ut à Cassiano collat. 21, c. 28 et 29, ubi et Quadragesimam vocat anniversariam decimam; quia scilicet ipsa est decima pars anni, itaque per eam quasi decimas anni Deo dependimus. Ita etiam vocantur ab Hiermâ, qui et Pastor dicitur, lib. 5, c. 5: *Quid est, inquit, jejuniu[m] est statio*: quia est quasi status dies ad jejunandum; et ab Ambrosio serm. 25: *Stationes, inquit, vocantur jejuniâ, quod stantes et commorantes in eis, inimicos insidiantes repellimus*; et à Tertull. lib. de Orat. in fine, ubi ait: *Statio solvenda est accepto corpore Domini* (olim enim per quotidie conveniebant Christiani vespere ad orationem, quasi ad stationem, in eaque jejuni cenam Christi peragebant, ac communicabant; jejunabant enim usque ad vesperam, puta usque ad cenam Eucharisticam). *Quod si statio de militari nomen accipit* (nam et milita Dei sumus), utique nulli tristitia aut lætitia castris obtinens, stationes militum rescindit, nam lætitia libertatis, tristitia sollicitudinis administrabit disciplinam. Ita Tertull. idem lib. de Jejunio: *Quarta, inquit, sectaque serios stationes, id est, jejunia. Vide notationem Pameli in librum Tertulliani de Oratione, in fine.*

Ita Simeon Stylites, qui perditus et pernox octoginta annos in columna stetit, viginti octo quadragesimas integras sine ullo cibo aut potu transegit, ut merito portentum orbis, nec tam homo quam angelus esse visus sit. Sed plures audi, eosque homines. Lucianus in Philopatro testis est Christianos sic solitos servare jejuniu[m] quadragesimæ, ut decem soles sine cibo transigerent. Gregor. Nazianzen. ad Hellenium scribit plures ex monachis in Ponto fuisse, qui totos viginti dies et noctes cibo abstinere, dimidium Christi et Mosis jejuniu[m] imitantes, ex eisque nunquam sibi subditum fuisse testatur. S. Aug. epist. 86 ad Casulanum tradit se aliquos novisse, qui ultra hebdomadam perpetuum servarent jejuniu[m], additque: *Ad ipsum quadragesimam munere pervenisse quendam, à fratribus fide dignis nobis asseveratum est.* S. Hier. epist. 7 ad Letam de institutione filiarum, prohibens in tenella etate

CAPUT XXV.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Loquere filiis Israel, ut tollant mihi primitias; ab omni homine qui offeret ultioneus, accipietis eas.
3. Hæc sunt autem quæ accipere debetis: aurum, et argentum, et es,
4. Hyacinthum, et purpuram, cocœumque bis tinotum, et byssum, pilos caprarum,
5. Et pelles arietum rubricatas, pellesque ianthinas, et ligna Setim:

onera abstinentiæ: *In quadragesimâ tamen, inquit, continentia vela pandenda sunt, et tota curigie retinacula equis laxanda propterantibus.* Idem scribens ad Marcellam de Asellâ: *Cum, inquit, per omnem annum jugi pasceretur jejuniu[m], biduo triduoque sic permanens; tum verò in quadragesimâ navigii sui vela tendebat, omnes penè hebdomades vultu tetante conjungens; itaque ad quinquagesimam pervenit etatem, et non dolet stomachum, non viscerum cruciaretur injuriâ.* Justinianus imperator duram agebat in quadragesimâ vitam: *Per duos dies cibis abstinere: cibi appetens, vinum, panem, et id genus alia cibaria ubere voluit; brassicam solum, et agrestes herbas sale et aceto maceratas debuit; in potu aqua erat sola, neque his ad saturitatem utebatur; sed petitum cibum paulisper degustatum mox dimisit, non eo sumpto qui natura satis erat, inquit Procopius, lib. 1 de Edific. Justiniani imp., atque ita jejuniu[m] armatus Persas, Gothos, Wandalos et alios barbaros superavit.* Prisci monachi in quadragesimâ in eremum secedebant, toti jejuniis et contemplationibus intenti, ut narrat Zoymas in Vita S. Mariæ ægypt. S. Franciscus præter quadragesimam paschalem, duplicem aliam jejunabat: unam ante festum Assumptionis, in honorem B. Virginis; alteram post illud festum in honorem SS. Angelorum; unde in fine hujus jejunii, præmi loco sacra Christi stigmata, per Seraphim sibi impressa, accepit. Ita S. Bonaventura in ejus Vita.

Quadragesimam transigebant monachi Tabennesiote cibus igne non coctis; Paulus abbas Galata cum sextario lentis et vasculo aquæ; Adolius post quinque tantum dies comedens; Macarius Alexandrinus nihil comedens præter pauca cruda crambes folia de Dominico, nunquam genua flectens, nunquam accubans, semper stans. Ita habetur in Vitâ Patrum.

Symbolicè Beda: *Fuit, inquit, Moses cum Domino quadragesima diebus; ut hoc numero disceret quod illi tantum decalogum implere possent, quos evangelicæ gratia veritatis, quatuor describenda libris (Evangelicis) juvaret: quater enim ducta in decem faciunt quadragesima. Rursum, hoc numero quadragesima significabantur decem præcepta, quæ hæc quadragesima debuit Moses à Deo accipere, in quatuor mundi plagas, id est, omnes gentes, tempore Evangelicè divulganda.*

CHAPITRE XXV.

1. Le Seigneur parla donc à Moïse, et lui dit:
2. Ordonnez aux enfants d'Israël de mettre à part les dons qu'ils doivent me faire comme à leur roi, qui seront employées à la construction et à l'ornement du tabernacle que je veux avoir au milieu d'eux: De l'or, de l'argent et de l'airain,
3. Voici les choses que vous devez recevoir, et qui seront employées à la construction et à l'ornement du tabernacle que je veux avoir au milieu d'eux: De l'or, de l'argent et de l'airain,
4. De l'hyacinthe, de la pourpre, de l'écarlate teinte deux fois, du fin lin, des poils de chèvres,
5. Des peaux de monton teintes en rouge, et d'autres teintes en violet, et des bois de Sétim, qui ne se corrompent point;

6. Oleum ad luminaria concinnanda: aromata in unguentum, et thymiamata boni odoris:

7. Lapides onychynos et gemmas ad ornandum ephod ac rationale

8. Facietis mihi sanctuarium, et habitabo in medio eorum:

9. Juxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, et omnium vasorum in cultum ejus: sicut facietis illud.

10. Arcam de lignis Setim compingite, cujus longitudo habeat duos et semis cubitos; latitudo, cubitum et dimidium; altitudo, cubitum similiter ac semissem.

11. Et deaurabis eam auro mundissimo intus et foris: faciesque supra, coronam auream per circuitum:

12. Et quatuor circulos aureos, quos ponet per quatuor arce angulos: duo circuli sint in latere uno, et duo in altero.

13. Facies quoque vectes de lignis Setim, et operies eos auro.

14. Inducetque per circulos qui sunt in arce lateribus, ut portetur in eis:

15. Qui semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis.

16. Ponesque in arcâ testificationem quam dabo tibi.

17. Facies et propitiatorium de auro mundissimo: duos cubitos et dimidium tenebit longitudo ejus; et cubitum ac semissem latitudo.

18. Duos quoque cherubim aureos et productiles facies, ex utraque parte oraculi:

19. Cherub unus sit in latere uno, et alter in altero.

20. Utrumque latus propitiatorii tegant expandentes alas, et operientes oraculum, respiciantque se mutuo versis vultibus in propitiatorium quo operienda est arca.

21. In quâ ponet testimonium quod dabo tibi.

22. Inde præcipiam, et loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio thorum cherubim, qui erunt super arcam testimonii, cuncta quæ mandabo per te filiis Israel.

23. Facies et mensam de lignis Setim, habentem duos cubitos longitudinis, et in latitudine cubitum, et in altitudine cubitum ac semissem.

24. Et inaurabis eam auro purissimo: faciesque illi labium aureum per circuitum,

25. Et ipsi labio coronam intrasilem altam quatuor digitis; et super illam, alteram coronam aureolam.

26. Quatuor quoque circulos aureos præparabis, et ponet eos in quatuor angulis ejusdem mensæ per singulos pedes.

27. Subter coronam erunt circuli aurei, ut mittantur vectes per eos, et possit mensa portari.

28. Ipsos quoque vectes facies de lignis Setim, et circumdabis auro ad subvehendam mensam.

29. Parabis et acetabula, ac phialas, thuribula, et

6. De l'huile pour entretenir les lampes, des aromates pour composer les huiles et les parfums d'excellente odeur;

7. Des pierres d'onxy, et des pierres précieuses, pour orner l'éphod et le rationale.

8. Ils me dresseront un sanctuaire, afin que j'habite au milieu d'eux, comme un roi au milieu de son peuple.

9. Et ce sanctuaire sera selon la forme très-exacte du tabernacle que je vous montrerai, et je vous donnerai aussi le modèle de tous les vases qui y serviront au culte sacré. Voici la manière dont vous ferez ce sanctuaire.

10. Vous ferez une arche ou un coffre de bois de Sétim, qui ait deux coudées et demie de long, une coudée et demie de large, et une coudée et demie de haut.

11. Vous la couvrirez de lames d'un or très-pur en dedans et en dehors; vous y ferez au-dessus une couronne qui régnera tout au tour.

12. Vous mettez quatre anneaux d'or aux quatre coins de l'arche, deux d'un côté et deux de l'autre.

13. Vous ferez aussi des bâtons de bois de Sétim, que vous couvrirez d'or.

14. Et vous les ferez entrer dans les anneaux qui sont aux côtés de l'arche, afin qu'ils servent à la porter.

15. Les bâtons demeureront toujours dans les anneaux et on ne les en tirera jamais.

16. Vous mettez dans l'arche les tables de la loi que je vous donnerai.

17. Vous ferez aussi le couvercle de l'arche, appelé propitiatoire, parce que c'est de là que j'écouterai vos vœux, et que je vous accorderai les grâces que vous me demanderez. Vous ferez, dis-je, ce propitiatoire d'un or très-pur. Il aura deux coudées et demie de long, et une coudée et demie de large.

18. Vous mettez aux deux extrémités de ce propitiatoire, appelé aussi l'oracle, parce que c'est de là que je vous ferai connaître mes volontés: vous y mettez, dis-je, deux chérubins d'or battus;

19. Un chérubin d'un côté, et un chérubin de l'autre.

20. Ils tiendront leurs ailes étendues des deux côtés du propitiatoire et de l'oracle, dont ils le couvriront, et ils se regarderont l'un l'autre, ayant le corps penché et le visage tourné vers le propitiatoire qui couvrira l'arche.

21. Où vous mettez les tables de la loi que je vous donnerai.

22. C'est de là que je vous donnerai mes ordres. Je vous parlerai de dessus le propitiatoire, du milieu des deux chérubins qui seront au-dessus de l'arche du témoignage, pour vous faire savoir tout ce que je voudrai commander aux enfants d'Israël.

23. Vous ferez aussi une table de bois de Sétim, qui aura deux coudées de long, une coudée de large, et une coudée et demie de haut.

24. Vous la couvrirez d'un or très-pur, et vous y ferez tout autour une bordure d'or.

25. Vous appliquerez sur cette bordure un rebord qui sera comme une couronne de sculpture à jour, haute de quatre doigts, pour empêcher de tomber ce qui sera mis sur cette table; et vous mettez encore au-dessus une autre petite couronne d'or, qui donnera un nouveau relief à la première.

26. Vous ferez aussi quatre anneaux d'or, que vous mettez aux quatre pieds qui seront aux quatre coins de la table, un à chaque pied, vers le haut.

27. C'est-à-dire que les anneaux d'or seront au-dessus de la couronne pour y passer les bâtons, afin qu'on s'en serve à porter la table.

28. Vous ferez aussi de bois de Sétim ces bâtons sur lesquels la table sera portée, et vous les couvrirez d'or.

29. Vous ferez aussi d'un or très-pur, des plats, des